BULLA PAPAE NICOLAI IV. "SUPER MONTEM"
Entstehungsort unbestimmt, 1. Viertel 16. Jh. Seite 2r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35526
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Incipit regula seu forma viuendi fratrum de penitentia
seu tercij ordinis Sancti Francisci

Nicolaus Episcopus seruus seruorum dei dilectis filijs
fratribus et dilectis in Christo filiabus sororibus ordinis
de penitentia tam presentibus quam futuris salutem et apostolicam be
nedictionem Super monte catholice fidei quam populus
gentium qui ambulant in tenebris discipulorum Christi
sincera admonicio igne charitatis exestuans verbo
solicite predicacionis edocuit quamque romana seruat
et tenet ecclesia solidum Christiane religionis positum
noscitur fundamentum nullis unquam concuciendum turbi
nibus nullis quassandum fluctibus tempestatum
Hec est enim recta veraque fides absque cuius consorcio
nemo in conspectu altissimi acceptus redditur nemo
graciosus occurrit Hec est quoque salutis semita preparat
et felicitatis eterne premia gaudiaque pollicetur Idque
gloriosus Christi confessor beatus Franciscus huius ordinis
institutor viam ascendendi ad dominum verbo pariter et exemplo
demonstrans in ipsius sinceritate fidei quos filios erudiuit, eosque illam profiteri constanter tenere similiter
ac opere voluit adimplere ut per eius semitam salu
briter incedentes mererentur post vite presentis ergastu
lum eterne beatitudinis effici professores ÷